mur excipra. talem enim habemus dm̄ amatorem generis humani miseri
corde m̄ atque clementem. qui nos ad se conuersos de gehenna liberat.
nam si uoluisset nos perdere. non utiq; pprium pro nob fudisset sangui
nem. Mortuus est ergo. ut tibi inmortalitatem donaret. Esurit. ut te
sua carne satiaret. sitiuit. ut te proprio potaret sanguine. super asinam
sedit. ut te super cherubin sedere faceret. baptizatus est. ut te inlumi
naret. a lapis caesus est. ut te de seruitio liberaret. uiator factus ē. ut te
sine labore faceret. nauigauit. ut te sine timore redderet. Ex muliere
natus est. ut p̄uaricationem aeuae deleret. homo appellatus est. ut te
dm̄ uocaret. filius hominis dictus est. ut te in filium adoptaret dī
accepit quae erant nr̄a. et dedit nobis quae erant sua. ih̄s xp̄s dn̄s nr̄
qui uiuit et regnat cum patre et spū scō. in unitate dsp om nia saecula
saeculorum amen. FR III. AD SCAM PRISCA. LECT HIERM PPH
IN diebus illis. Dix hieremias. Dn̄e demonstrasti mihi. et cognoui.
tu ostendisti mihi studia eorū. et ego quasi agnus mansuetus qui por
tatur ad uictimā et n̄ cognoui. et cetera. OMELIA LECT EIUSDE
Omnium ecclarū iste consensus est. ut sub psona hieremiae a xp̄o haec
dici intellegant. quae audistis in lectione p̄senti. tu autē dn̄e de
monstrasti mihi. et ego cognoui. tu ostendisti mihi studia eorū.
In hoc intellegimus qd pater ei monstrauerit. quomodo eum opor
te ad loqui. et ostenderit illi studia eorum. sequitur. et ego qua
si agnus mansuetus qui portatur ad uictimam. et non cognoui. sub
auditur. peccatum non cognouit. ut apl̄s dicit. qui peccatū non
fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. sequitur. quia cogitauerunt
sup me consilia dicentes. mittamus lignum in panem eius. xp̄m ui
delicet crucifigam. ipse ē enim panis qui ait. ego sum panis uiuus qui
de caelo descendit. Et eradicemus eum siue conteramus de terra
uiuentium. et nomen eius n̄ memoretur amplius. hoc enim sce
lus animo cogitauerunt ut nomen eius deleretur in pp̄etuum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0106